

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Sleker Joachim Lizovius

## **Quaestionum Miscellanearum De Magia Decas Philosophica**

Rostochii: Pedanus, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728272024>

Druck Freier  Zugang





Ad-1028<sup>1-8</sup>





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn728272024/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728272024/phys_0004)



*Quaestionum Miscellanearum*  
**DE MAGIA**

Decas Philosophica,

*Quam*

*In florentiss. Academ. Rostochiens.*

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi & Excellentissimi Viri,

**M. IOANNIS SLEKERI**

Physic. PROF. publ. ordinar. Facult. phil. p.t.

DECANI spectabilis,

Præcept. & Promot. colend.

*Publico ritè Philosopiantium*

*confessus*

*Examinandam proponit*

**IOACHIMUS LIZOVIUS**

NRupinensis Marchicus.

Ad diem cum D E O 23. April. in Auditorio  
majori hor. antemerid.



**ROSTOCHII**

Typis exscrispsit Ioachimus Pedanus  
Anno M. DC. XVII.



ILLVSTRISSIMO ET CEL-  
SISSIMO PRINCIPI AC  
DOMINO,


DN. PHILIPPO IIo,  
DUCI STETIN. POMERANORUM,  
Cassubiorum ac Vandalorum, Principi Rugiæ, Comiti  
Gutzkoviæ, Lawenburgensium & Buto-  
viensium Dynastæ, &c.

Domino suo Clementissimo

*Hasce de MAGIA Questiones ut  
Principi Literatissimo &  
Sapientissimo,*

*Subjectissimo mentis affectu καὶ εὐχαριστίᾳ ἐνεργε-  
offert, dedicat*

JOACHIMUS LIZOVUS  
Autor-Respondens.



De Quibusdam Quæstionibus Magicis  
*Dissertatio Philosophica.*

Пегоіиію.

**D**E Magis quia hodie per vulgata apud omnes est oratio, pauci tamen, quid de illis & ipsorum factis vere statuendum, cognitam habent, placet, exercitij & veritatis indagandæ gratiâ, hinc inde quasdam de Magia & Magiis actionibus quæstiones excerpere, illas sub philosophiae severioris incudem revocare, & beneficio rationis sobrie succinctam etiamdem analysis ac decisionem subiçere.

*Set igitur, quod bene sit!*

αγαθὸς δαιμόνος,

### Quæstio 1.

An detur quædam Magia licita & vera?

*Resp. Quod in alijs vocibus usu venire compertum est, ut abuso improbo male audierint, idem hic accidit. Vox Tyranni olim augustissima fuit. Et Regem ac Menarcham notavit, hodie ex prava nonnullorum praxi Imperatorem Imperatoria potentiâ nefariè abutentem designat.*

Sic Sophistæ nomen initio amabile fuit, & non nisi Sapientem ac Philosophum Doctorem dixit, quia verè ex illis quidam fallacibus conclusiunculis inanem Sapientiae speciem præ se ferebant, adeoq; quæstum inde aucupabant intolerabilem, factum postea est, ut isto nomine non nisi Impostores tales venerint homines vulgo veniant.

Pariter de voce Magorum & Magie habendum. Dicebantur hi in Persia 3 principiò homines studijs doctrinæ de Deo, optimarum artium & natura rerum dediti, qui apud nos Philosophi & Theologi dicuntur; Quorum etiam tanta apud ipsos erat autoritas, ut qui Regis axiomate gaudere vellet, prius disciplinam eorum degustare necessum haberet, teste Cicerone l. 1. de divina.

Cæterum quia postmodum scientia ipsorum in meram degeneravit vanitatem & perulantiam superstitionem, ut non solum observatione Syderum futura quævis prædicere, sed & artificijs quibusdam (potius maleficis), & scire se

omnia & posse profiterentur, monstrissimum perstringi appellationibus cœperunt.  
dicti fascinatores, præstigatores, venefici, arioli, & quid non? Zauberer/ schwärz-  
künnster etc. quippe qui maleficas & omnibus legibus veritas artes exercebant.  
Atq[ue] hinc est quod etiamnum hodie præstigijs & maleficijs istis dediti Magi nun-  
cuperunt, & Magiae vox in partem deteriorem sensu plane infami & ignominio-  
so accipiatur: Non abnrente etiam Philosopho, quando cum vulgo res est.

5. Interim nihil obstat; quo minus Magi illi antiquiores & veri, nominis ho-  
nesti dignitatem retineant; Quin etiam quotquot hodieq[ue] Magiae veteri & so-  
brie, Naturali in primis, dant operam, Magorum vere ac ritè dictorum nomen  
cum Greco & Φων seu Φιλοσοφων, Latino Sapientum, commutare queunt,  
vel eo designari non adeo exhorrescendi causam habent.
6. Omnino enim discernenda hæc Magia ab altera illa est, quæ vulgo Nigro-  
mania (Germanis die Schwarzenkunst) dicit consuevit. Hæc enim vetus  
& laudabilis nihil est aliud; quam recondita & accurata rerum naturalium,  
cælestium & sublunarum, scientia & praxis, quam præstantissimi quinq[ue] Philo-  
sophi velut altiorem & sanctiorem quandam disciplinam indefesso semper studia-  
longoq[ue] usa conquiserunt.
7. Piccolomineus I. de facult. motus anim. finit strictius & intimius:  
Conjunctionem quandam (applicationem rectam) agentium & pa-  
tientium invicem, comparantium ad efficiendum aliquid per sui conditionem &  
naturam, latentem tamen & cum admiratione.
8. Iam si istu se continet cancellis ac limites suos non excedit, quin ex agro-  
eam Philosophico eliminandam dixerit? quis non licitam potius liberalijs homi-  
ne dignam ac omnibus modis venerandam pronunciariit?
9. De Salomone res est in confess. quod discipline hujus cultor fuerit excel-  
lentissimus, ut qui de natura rerum, de stellarum motibus, de plantis, arboribus  
animalibusq[ue] cognitionem habuit plane divinam. Vide c. 2. Sapientia à  
v. 17. ad v. 22. usq[ue].
10. Idem de Adamo omnium parente & Philosophorum primo statuendum,  
qui beneficio artis Physicæ, vel, quod perinde est, Magie hujus naturalis, omnium  
animantium è terra nascentium naturam & proprietatem colluit exactissime,  
indeq[ue] omnibus convenientia imposuit nomina, exercitio næ jucundo & admi-  
rando! Gen. 2. v. 19. 20.
11. De Noacho, Mose, Iacobo, Iosepho, Davide, Daniele & ceteris sanctis  
DEI hominibus, Φιλοσοφοις καὶ Φιλόθεοις, Φιλομήροις οὐαὶ ἀγίαι  
πέντε.

trēvuglō, ut est 2. Petr. i. v. 21. vide, si placet, Cl. Praeceptorem meum:  
lac. Martini exerc. Metaphys. l. 2. p. mihi 761.

Et pertinet hoc quod Ioan. VVierius l. 2. de præst. Dæm. C. 3. ex 12.  
Hebræorum Rabbinus annotat, antiquos Patres ad Sanhedrim, h. est, consilium  
& judicium magnum admissum neminem, nisi Magia peritum & gnarum 70.  
linguarum.

### Questio II.

Ad quam Philophia partem pertineat Magia licita; &  
an illicita etiam eō referri queat?

Resp. Magia licita antiqua dupliciter considerari potest. 1. latè Sic olim 1.  
res non modo naturales, sed & civiles imò etiam divinas seu sacras concernebat,  
adeoq; Magi vocabantur, qui alias Physici, Politici, Theologi quin & Medici ac  
Astrologi dicuntur. Vide supra, & conser Aretium in probl. part. 2. loc. 144.  
p. mihi 585. sequ. Hac ratio ne spectata ad diuersas disciplinas & partem  
philosophiae tam Ὀγκοῦ seu activam quam ἀερηφανῆ seu contempla-  
tivam pro diversa consideratione sese extendet.

II. Stricte, & prout ēk diauerteret illicitæ novæ opponitur. Sic res 2.  
tantum naturales respicit, adeoq; ad philosophiam naturalem, quæ est Physica,  
pertinebit, ut ut τέχνη quadam sc. præcellentia hic agnoscatur. Magis  
enim & minus non variant speciem, Nec quæ accidit hic minorē seu effectio  
sentientiæ quicquam derogat. Accidit enim illa & Matheſi, in qua beneficio  
Arithmeticae, Goemetriae, Astronomiæ, Opticæ & id genus ceterarum scientiæ  
multa egregia opera producuntur, quæ tamen propter ea ex circlo philoso-  
phiae contemplatiæ haud faciliere jubemus.

De Magia illiberali & illiū ita quæſio est obscurior & altioris indaginū. Per 3.  
anagogiam tamen seu reductive ad physicam quoq; considerationem pertinere  
dici potest, propter videlicet motus & actiones Magicas.

Quanquam enim in his, quod primum ac vere movet, non omnino sit con- 4.  
ſiderationis Physicæ, sed Metaphysicæ potissimum; per hoc tamen non stat, quin &  
ipſe in ſe motus (ut alteratio, & motus localis) & Subjectum quod movetur,  
ſint considerationi naturali ſubiecta. Qua de re monet Arist. 2. phys. text.  
71. & 73.

Et quamvis nec id, quod movetur, modo naturæ ſuæ consentaneo ut plu- 5.  
rimum afficiatur, ſed ταχές Φύσις & violenter; attamen cum violentum  
præſupponat id quod ſecundum naturam eſt (ut patet ex Arist. 5. phys. text. 57.

A 3

& 58.

Ec 58.) eodemq; consideratione reducatur, motus Magici saltem per reductio-  
nem in naturalibus constituendi erunt.

6. Loquimur autem de ijs hic factis, quæ à Magis sunt non simpliciter &  
*Paracelsian*, sed in primis & *alii* de quibus alias.

### Quæstio III.

Magiæ quæ hodie infamis & illiberalis, utrum quis salvā  
conscientiā incumbere possit?

1. Παχυλῶς Magia infamis & illiberalis nihil est aliud quam supersticio-  
sum divinandi, prestigiandi, incantandi sive studium sive artificium per scele-  
stissimam Satanae evocari confederationem acquisitum. Vel, est studium quod ad  
res miras insolitas & homini per se impossibilis ope Satanae praestandas impeditur.
2. Hujus aliquot species annotatas & explicatas invenies cum ex ipsis vocis  
bus Hebreis sacra scripture apud Rev. Dn. Frantzium disp. 9. in Deut. th. à  
98. cum ex VVieri, Peuceri & similium authorum commentationibus apud Clariss.  
Dn. Meissnerum part. 2. Phil. Sobr. p. 825. seq. Praeceptores utrosq;  
meos nullo non tempore apprimè colendos, ubi videantur.
3. Nos ut quæstionis nervum incidamus, distinctione Iewæjæ & neæjæ  
adhibitæ, quod ad hanc, sententiam negativam amplectimur. Qui enim illius  
usus licitus esset & conscientiam illæsam servaret, quod legibus tam divinis quam  
humanis maximopere damnatum, prohibitum? Considera modò primum &  
secundum preceptum Decalogi (reliqua ut taceam) & vide loca Levit. 19.  
v. 26. 31. c. 20. v. 6. 27. Deut. 18. v. 10. II. 12. &c. His adde lib. 9.  
Codicis tit. 18. de maleficiis & math. Injur. Canonic. decretum Graia-  
ni 26. q. I. 2. 3. 4. & in primis 5. c. I. Tandem hoc nota Palinodiam &  
severissimam ab hac pernicie dehortationem ipsius Henr. Cornelij Agrippæ, que  
extat lib. de vanit scientiarum c. 48. de prestigijs in fine.
4. Interim quæ Iewæjæ, & sine bono, hoc est, si studijs gravioribus san-  
ctoribus & utilioribus non posshabitis nosse ejus duontaxat genium & ingenium  
cavendi ergo, non verò exercere eam fascinandi causâ discas, imò si & ipse à  
dulci ejus Veneno te præservare scias & valeas, ejus studium simpliciter abycis  
aut negligi vix poterit, cum & hoc modo neæjæ, animæ scilicet vene-  
num, pseudoprophetas, quid? Diabolum ipsum ut agnoscamus ipsa sacra scriptu-  
ra jubeat. Sic enim è facilius latentia pericula istius effugere, strophas ac frau-  
des ejus detegere, & quam longis post se parasangis Christi ac Apostolorum mira-  
cula,

cūlā, Diabolica hæcce relinquant, docere poterimus. Videris Oth. Casmannus  
part. alt. Angelographia p. 587. quæst. An Magiæ studium & usus  
sit licitus, Germ. Dhs eine Frey Kunst sey. Disquiramus nunc porro.

### Questio IV.

Quid habendum de Spiritibus, quos literati  
vocant familiares?

Resp. Verum boni sint vel mali in disceptationem venit. Intermedios 1.  
enim seu tertij generis non agnoscimus. Trinhemius quidem Abbas quondam  
Spanhaimensis in Steganographia sua præfat. illos ut bonos commen-  
dat, adeoq; ut frui eorundem ministerio homini ingenuo & pio licere scriptūt,  
id quod publica protestatione & juramento insuper confirmat. Verum ut ut  
Diabolus quandoq; unā cum ministriū suis in angelum lucis se transformare no-  
vit, noctis tamen & tenebrarum Spiritus rapie manet. Nempe huic nomina  
mille, mille nocendi artes: Hic niger est, hunc tu Christiane ca-  
veto: latet anguis in herba.

Ecce enim syllogismus! Spiritus qui 1. à Deo ad homines occulte insti- 2.  
tuendos non mittuntur, nec 2. à Deo se esse missos eo nomine farentur aut fate-  
ri reverā possunt, nec 3. ad tempus saltem verum perpetuū apud hominem ma-  
nent, revelando ipsis res, non cælestes, divinas ac alias prorsus incognoscibiles, sed  
mundanas, philosophicas & quandoq; cognitu non adeo difficiles, sepè otiosas  
& ludicas, 4. qui tenebras amant ac lucem reformidant non palam & ad extra  
loquendo sed clam & tacite insuurrando vel inspirando que suos scire volunt,  
& si quando apparent, quod tam en agre faciunt, formam exhibendo à maiestate  
angelica alienam, 5. qui se ab hominibus cogi, ad cuncta flecti, loco, qualis etiam  
fuerit, includi, viri, crystalli, annuli circumferri patiuntur, 6. qui Deo  
ejusq; regno adversantur & se adorari ac certis ritibus coli gestiunt imò impuden-  
ter exposcunt 7. qui hominis tandem pernicitem quā animam quā corpus querunt  
ac procurant, deniq; 8. qui supersticio & idolatrio modo adjurari se &  
in famulitium advocari delectantur, & illi Spiritus boni esse nequeunt, sed opor-  
ter sint ē numero malorum, & Cacodemorum. At Spiritus, quos literati  
vocant familiares, ( quidam Martinellos, Magistellos, & quod assidue  
adsint Paredros, nos proprio nomine Diabulos ) sunt tales, ut prolixè probas  
Rev & Cl. Dn. Præc. D. Balth. Meisnerus dicit. l. p. à 814. ad 822. Ergo:

Adde: Qui discendi modus scripturæ ignotus imò plane contrarius, ille non  
est licitus. At modus discendi à spiritib. fam. est &c. E. Minorem probo: quia  
cum

cum labore & sudore vultus omne quod cupimus, ut capiamus, Deus ordinavit.  
jam vero à spiritu familiariter erudiri & plurima cognoscere laboriosum non est.  
Tum alia media acquirendæ scientia Christianis commendata esse novimus: In  
divinū sacra scriptura consulenda est, Vid. Joh. 5. v. 39. 1. Tim. 4 v. 16.  
In profanis ad scripta doctorum hominum recurrentur: Quae utraq; qui negligit  
& revelationes occultas expectat, nē ī à deliriis Anabaptisticis parum abest.  
Meisn. ibid. De Spiritibus familiaribus plura quā cupis, adi D. Hieron. VVellerum lib. 1. de offic. Eccles. Polit. O Econom. Conrad. Pfeil, in clave  
theol. p. 225.

### Questio V.

#### De profectione Magorum & Magarum ad Comitia Satanica quid statuendum.

1. R. Profidentur Magi & Magae quod soleant statū temporibus, circa nempe diem Walpurgi horis nocturnis, ad celebranda anniversaria tripudia cum dia-  
bolis amatoribus suis ut & reliquis alicujus provincie aut territorij Magis pro-  
ficiisci, & quidem peracta quadam iruptione, evolando per foramina domorum  
exigua, & equitando super baculis, scopis, furis, item canibus, equis, hircis &c. in  
aere, ad loca valde disita, montem v.g. Fructerū Germ. auss den Blockeberg.
2. Sed somnium plerumq; est merum & putum impurum Φάντασμα, in  
quo ipse Satan omnia ista sic tantum efformat, tamq; fortiterphantasie Lamia-  
rum dementiae imprimet & quasi insculpit, ut jurent se illuc non modò revera-  
fuisse & multa mira factitasse, sed & alias ibidem matronas complices (sæpè  
generis & status nobilissimi) vidisse & agnoverisse. Qua unicā & sola via  
Diabolus infidias struit hominum famæ, vitæ, ac salutis æternæ; cum hæ interim  
ijsdem horis fuerint in mensis, in convivio inter viros, illæ vero ne quidem pe-  
dem domo extulisse, sed vehementi somno correptos quievisse ocularibus obser-  
vationibus deprehensæ sint.
3. Posse Satanam verè corpora humana ē loco naturali sursum evehere ac  
per aera ferre, largimur, siquidem id tum ipsius naturalis, facultas, tum usus &  
experiencia, prob dolor! quandoq; testatur (confer Mat. 4. v. 5. Act. 5.  
v. 39. Dan. 14. v. 35.)
4. Posse interim eundem Satanam in aliquo communi loco presentibus nonnullis  
absentium facies & personas tam egregie representare, ut jurentur adeisse vivi  
homines, qui tamen eo ipso tempore alibi degunt, & id compertum est (vide  
1. Sam. 28. v. 14.)
5. Ut & hoc, posse eundem cadavera hircorum, equorum, asinorum, homi-  
num &c.

rum &c. induere & circumportare, ut videantur esse vivacissima, quæ tamen  
mox in hospitijs relinquunt abiens & efficiens pessimum fætorem.

Quæ invicem perpendantur, hoc connorato exemplo ex aula Imp. Maxi- 6.  
miliani I. in qua duo Nobiles capitali odio disidebant. Nocte igitur eadem  
alter in sua domo interficitur, sed alterius in alia domo agentis gladius depre-  
benditur cruentus, qui tamen sufficienter probavit, se illâ ipsâ nocte ex dome  
sua pedem non extulisse. Vides illusionem Diabolicam cum egregia malitia  
conjunctionem!

Ut ut igitur quædam hic interdum verè fieri fatendum esset, magna ra- 7.  
men in illis illusio & fraus plus quam palpabilis manifestò recurret; id quod Ma-  
gistratum solerter ac pium latere non debet, ut cautius egere posit in ipso ex-  
plorationis Magarum examine.

Quod de phantasia corrupta & somno immisso diximus, ita explicatum 8.  
probatumq; damus: Dubium nemini esse potest, Diabolum magnam à Deo per-  
missam habere potestatem ac vim invadendi & illudendi Magorum animos,  
quippe qui præsidio divino se subducentes sua in castra transierunt, illuq; Sacra-  
mento se adstrinxerunt.

Ceterum cum mens ipsa immediate decipi patiq; nequeat, primâ quaq; 9.  
arte veterator phantasiam ob sider, quæ, ut mentem vanis conceptibus instruit,  
aptissima, ut corpus Spiritu percireat potentissima est. Ita verò eam obfirmas  
ut ne quem facultati estimativæ rationiq; sana, de yis quæ ipse persuasit, judi-  
candi relinquat locum.

Hinc per quietem somnia movet prodigiosa, ut, nescio quae, Synagogas fre- 10.  
quentare, & uti dixi, commagistries celebrate, aliq; peragere sibi videntur  
homines dementati: Quam in rem adjumenta quædam sumit è natura. Nam  
& soporiferas inunctiones imperat, & cibos præbet flatulentos ad fuscitandum  
fovendumq; turbulentia somnia pollentes, apium, cepas, fabas, phaseolos & alia.

Quo minus autem ista somniorum generatio mira alii uis aut impossibiliū 11.  
judicetur, saltem quid per naturam fieri doceant Philosophi consideretur. Vide  
Arist. libel. de divin. persomniū, si tamen ejus est, quamvis & doctum  
& philosophicum illum esse nemo dubitat. Confer. lib. de somn. & vigil.

Argumentor ita: Si per naturam fieri monstratur, ut res, quæ longissime 12.  
remota nulleg; sensu compertæ sunt, imaginationem citra sensum externum  
moveant, & somnium excitant, utiq; si imaginum formatrix causa ipsi animæ  
intestinè adsit, simulacra & somnia imprimit: Item, si falsa somnia & animi  
concepta enarrantur ut vera, quoties phantasia estimativam præcurrat, pro

verissimis multò magis referentur, quibus præter motus celeritatem etiam violētia impressionis in animo accessit. Sed verum utrobique prius, ut patet ex Aristotele & experientia. Ergo & posterius. Refer hoc insigne exemplum quod ē Iohanne Keiserberg recitat Lutherus tom. 1. lat. Wit. decl. de. præc. p. 5.

13. Regerunt nonnulli animos Magorum extra corpora abripi & sic ad Panegyres suas ferri, illamq; emigrationem nuncupare exēcutor. Contra: Cujus animus exspatiatus est, illius corpus erit vel vivum vel mortuum. Si vivum animatum erit quod anima vacat. Absurdum! Si mortuum, ergo & mortui hoc tempore resurgere possunt, quando & illorum anima egressa est. Absurdum iterum! Videantur in hanc rem plura apud Mart. Biermannum in disp. de act. Mag. Helmstadij habita anno 1590. th. à 20. Vel etiam apud lac. Martin. cent. 10. quæst. ill. phil. q. 5. ubi eadem repetuntur. Quæ Bodinus Iureconf. Gallus l. 2. de Dæmonom. c. 4. & 5. opponit, in ipsa oīzntiōd cum Deo diluemus. Interim consuli poterunt VVier l. 3. de præst. Dæm. c. 12. 13. Delr. tom. 1. disq. Mag. fol. 345. Godelm. l. 2. de Mag. c. 4. §. 1. seq. Casman. d. l. p. 548. &c.

### Quæsto VI.

Curatio vulnerum, quæ sit obligatis tantum armis, quæ laeserunt, nunquid sit naturalis atq; adeo ferenda, an vero potius ut Magica & superstitionis fugienda & rei scienda?

1. Resp. Fit hæc ita: Paratur linimentum ex ijs, quæ dira etiam & superstitionis sunt, ex sanguine & adipe humano, ex situ qui crano humano aere & tempestate innascitur, ex macerata item carne humana cum sanie demortui corporis conditiq; quam Mumiam vocant. Adduntur nonnulla inflammationi prohibende, parti corroborandæ, sed andi doloribus conglutinandæq; carni non apta, ut oleum rofacrum, mel, oleum lini, bôlus armenius &c. Tum imperatur, ut aut arma quæ laeserunt, si præsto sint, aut tigillum ferramentumve quodcumq; sed tinctum illud prius cruroe vulneris indeq; resiccatum, linimento dicto perungatur, & linteis circumligetur, omnino studio caveatur, ne quæ inherescat squalor. Demum mandatur, ut vulnera non minus quam ferrum bù insingulis diebus linteo mundo & lotio vulnerati hominis imbuto obligetur Bierm. d. disp. th. 61.

2. Et naturalem esse curationem hanc adèdq; exercendam multi hodie sūne qui statuunt, cum quibus tamen nos facere non possumus, quandoquidem ejus rei

rei evidentem rationem animadvertere hanc dam licuit. Contrarium igitur  
quatenus Theophastrum Paracelsum fecui, hanc ipsa tenentur, & no-  
bius eam aperire.

Interim nodum hunc solvendum obijcimus ē Pl. Ilosophia Aristotelica: Omnis  
actio legitima sit per contactum, qui vel corporalis vel virtualis, tertius enim  
non datur. Arist. lib. I. de gen. & cor. c. 6. t. 43. Mag. l. 3. phys. c. 9.  
Sed in hac actione neg, contactus est corporalis neg. virtualis, quod probo. Cor-  
poralis enim non est, quia extrema non sunt simul, quod tamen necessarium  
busus requisitum, Arist. I. d. t. 44. Alias cur læsa non potius parti quam lacerata  
adhiberetur unguentum, quæ tamen à se in vicem longissime hic dissident? Neg,  
est virtualis, quomodo enim per tantum intervallum firmus esse poterit con-  
tactus, cum ab interjectis corporibus medijs frangatur & alteretur? nonne vic-  
sanativa, quæ à telo obligato egredi singitur, aërem alteraret, potiūq, eum san-  
tivum efficeret, & demum antequam ad membrum vulneratum deveniret, peni-  
tius deficeret? Certum enim est, nihil, sive corporeum sit sive corporis expers, in  
remorum agere posse, nisi per media simul agat corpora, Dd. Conimbr. l. 2. phys.  
c. 2. q. 1. art. 2. l. 1. de gen. & corr. c. 6. q. 1. art. 2. Relinquitur proinde  
curationem hanc esse actionem ludicram, vanam & illegitimam.

Et parum abest, quin exclamen: Diabolus, cum desinit lacerare  
ereditur sanasse, id quod in multis quoq, alijs superstitionis Curationibus, quas  
anicula instituunt, depehensum s'penumerò.

Quanquam enim non negamus, quod quidam hic Medici afferunt afferendo  
vulnus sauciati etiam absq, medicamento, adeoq, absq, hoc ipso etiam unguento  
armatorio, consolidari posse, si putat juxta præscriptum modò virat a ger, b. o.  
si in omnibus temperanter, & studiose obliget atq, extergat vulnus, vini insu-  
per aut urinæ lavatione prohibeat puris generationem & alia. Est namq, ejus rei  
testis Paracelsus ipse in libello, quem de curatione vulnerum edidit.

Attamen quia alijs, in primis Chirurgi isti, quos hoc nomine Germani vo-  
sent Lundegner, curationem illam, quæ sit unguento certo armis saltem  
applicato, ipso usu comprobant, superstitionem hominum hac ratione confir-  
mando, (sive jam statuant revera per istas inceptias sanari vulnus; sive ex  
accidenti, quatenus confidentia & alacritas ægroti uju illarum rerum, quibus  
aliquid virium tribuit, excitatur, & consequenter morbus levatur; sive illo  
etiam, quo Medici statuant modo jamq, explicato) feriet & revocabit illos ab  
instituto nihilominus, nisi plane ipsi sint incurabiles (spiritualiter). Canon ex  
D. Augustino depromptus qui sic habet: Quæcumq, curationes vel observatio-  
nes

nes non habent causam in natura vel institutione divina, superstitione judicentur, atque eorum inventio transcribenda est Diabolo, Hoc est, (explicante Chemnitio, Theologo dum viveret magno & suspicioendo, post mortem quorumvis, etiam adversariorum, suffragijs maximo & incomparabili) Cum primis inventoribus talium superstitionum facit tale pactum Diabolus, se talia superstitione obseruantibus affuturum sicut opera. Fit igitur tacita saltem invocatio & implicitum pactum cum Diabolo, & gaudent Diaboli se ingerere hujusmodi vanis observationibus, ut mentes vanitate implacent & in alia horribiliora precipitent. Recte igitur innuit Augustinus tales observationes Christiano omnino esse fugiendas & repudiandas. Haec ille. Vid. ipsum part. 2. loc. com. in expli. præc. 2. tit. de Magis. Godelm. l. 1. c. 8. à §. 33. Orat. publ. Rev. Frantz. de orac. Ethnicis.

### Questio VII.

Possitne homo vi artis Magicæ, vel, quod idem, ope Dæmonis transmutari in lupum, felem, canem  
vel aliam bestiam?

Resp. Sic ajunt, qui Magi & Dæmoniaci actionibus nimium tribuunt, inter quos principiarum facile obtinet Bodinus Ic. qui legi poterit, sed cum iudicio, l. 2. de Dæm. c. 6. In schola Aristotelica rectissime negatur. Nam (tancum summa rei sequar hic vestigia tantæ) neq; vi materiae, neq; formæ, neq; efficientiæ fieri transformatio illa potest.

Non 1. vi materiae, quia ex illa demum materia ortum ducere res quæq; potest, quæ per formam substantialem preparata ad certum effectum. Iam quod à formæ est, specificum est, & tale quod est, aut perpetuum aut frequentissimum est in singularibus; Quare ortus mutuus non potest esse nisi inter res certarum specierum. At vero ex homine fieri lupum, felem aut simile brutum, specificum non est. Ergo per materiam, cuius in omni generatione prima est habenda ratio, fieri mutatio ista non potest.

Nec 2. vi formæ, quia actus quilibet definitus est & definitum exposcit. Subjectum, ἀνθρώπῳ εἴδει ἄλλη γένη. Quin imo suum quæq; forma definit subjectum. Spiritus igitur & ratio hominis integra in corpore & figura bruti consistere nequit.

Nec 3. vi efficientis, quia efficere est actum producere, id quod siat oportet ab actu & quidem ejusdem speciei seu univoco. Iam verò it. Dæmon & homo, item lupus specie non convenient; nec ullo modo animalis ratio adscribi potest spiritibus, Quocirca Dæmones viribus suis hoc agere plane nequeunt.

48

ut transformationes in lupos vel similes effectus producant? Vide Arist. in lib. divinor. II.

Unum nota, scilicet: Quæ divina vi præter naturæ leges sunt, à Magis lusibus teto genere sunt separanda. Item, Quæ miraculo sunt divino, ad naturæ modum non sunt judicanda. Confer Iac. Mart. ex. metaph. l. 2. p. 588. seq.

Tandem statuimus cum Bierm. th. 41. de λυγερθεωτιοις ac similibus μεταμορφωσιbus tam multum celebratis, dominari in aliquibus ejusmodi saevitiam Diaboli, qui impios quidem omnes ad dissolutam vitam deducit, sed quorum animos per vim tenet ( in primis quos beneficio, potius exilio, confederationis mutua sibi familiariter devinxit ) eos ad facinora non solum humano sed & beluino appetitu terroris impellit. Talem immutationem hominum in Sarmatico provincijs ( de quibus magna λυγερθεωτιοι fama est ) observare licet, non figuram aut formam sed appetitum humanum exuentem. Confer huic Arist. 7. Eth. c. 1. & 6. Item sententiam quorundam Medicorum, qui λυγερθεωτιοι habent loco alicujus affectionis, eamq[ue] speciem esse dicunt depravatae phantasie seu imaginationis, cuius rei exemplia annotavit Levin. Lemnius in lib. de humoribus.

Reliqua, quæ de magiis rerum conversionibus circumferuntur, aut numquam visa esse, aut si qua visa sunt, non rem videndam sed oculum videntis fascino fuisse oblesum; aut si in violatus persistenter oculus, rem videndam subdolè fuisse subductam, aliamq[ue] illius in locum substitutam plane aseveramus.

Nam ( ut hoc breviter saltem ex Vairo lib. de fascino addam ) novit Dæmon mille artifex, divinâ potissimum si gaudeat permissione, hominum generi egregie imponere, vel 1. sensuum vires obnubilando, ne ad rem, quæ sensuum objectum est, pertingant; vel 2. objectum ipsum occultando & ejus loco aliud ostendendo, vel 3. oculorum humores corrumpendo, ut aliter rem concipient, quam est, vel 4. aerem intermedium condensando, istiq[ue] rei, quam nobis gestis exhibere, assimilando. Exempla ubiq[ue] sunt obvia. Vide de hac quest. August. de civ. Dei l. 18. c. 18. Luth. in expos. Decal. ut supra. VVier. l. 3. c. 10. l. 4. c. 22. seq. Godelm. l. 2. c. 3. p. 24. Horst. l. 2. nobil. ex. 9. quest. 9. Casman part. 2. angel. p. 531. Egregium autem hujus rei exemplum vide apud Georg. Sabinum. l. 7. metam Ovid.

### Quæsio VIII.

An Dæmones verè cùm Magis congregantur, & proinde num veram queant procreare sobolem?

Et hoc persuasum est multis. Fascentur enim Magi se cùm amatoribus

Dia-

B 3

Diabolus, quos nominant Sushols/ Lescorn/ Glederwysch/ Schneurbusch/ etc.  
non modo coire, sed & ex coitu voluptatem aliquam sentire, semenq; frigidum  
esse, quin & sobolem quandoq; subsequi. Exempla vid. apud Zwinger. vol. 9.  
1. 3. tit. de libid. Daemonica.

Et posse hoc vere fieri, assumto à Diabolo corpore humano, in quod semen  
a virū extra usus naturalia effusum colligat, sicq; vicissim in uterum mulieris  
ejaculet, auctores sunt pr̄ter Augustinum Ludovicus Vives, Thomas  
Aquinas Franc. Valesius, Ben. Pererius, Lambert. Danæus, Zan-  
chius, Bodinus; quibus etiam hanc ob causam Dæmones nunc Hyphialtæ seu  
succubi nunc Ephialtæ seu incubi dicuntur.

3. Ceterum sanior & probabilior est sententia eorum, qui statuunt Dæmo-  
niacos hos concubitus saltem esse illusiones & phantastica ludibria, que ex sugge-  
stione Diaboli etiam honestū & probis quandoq; fæminis obrepere possunt, ut  
exemplo monstrat Martinus de Arles in tract. de superst. c. 7. Confer Nicol.  
Iaquerium in flagello hæretic. c. 2.

4. Diabolus enim non modo hominibus. 1. oculorum quit aciem perstringere,  
ut supra dictum, 2. & auditum obtusorem reddere, quod vel inde manifestum  
est, dum sèpe noctu tumultus ac turbas in adibus quorundam excitat, perinde  
ac si omnes ollæ, lebetes, patine & canthari in unum conjecti frangerentur,  
cum tamen manè omnia illa & salva suo ordine & loco disposita conspiciantur;  
Verum etiam 3. tactum ac ipsos tangendi palpandiq; actus adeò decipere  
dicitur, ut si homo manibus aliquid correctet, id tamen haudquam inveniat.  
Vide sis hoc loco Mart. Biermannum th. 32. vel si mavis lac. Mart.  
exerc. Mataph. l. 2. p. 586. Item B. Lutherum c. 6. Gen. p. 84. edit. Wit.

5. Insuper rationes pondera sequentes basc: 1. Spiritus qui est simplex, adeq;  
organis ad generationem necessarijs destituitur, generate nequit. Est enim hoc  
compositi & preinde corporis naturalis &c. At Diabolus est Spiritus. Ergo.

6. 2. Cui deest semen, utpote materia ad rem præsentem maximopere  
necessaria, ei etiam res ipsa deſit. Absente enim causa internâ essentiali, quale  
est materia, etiam materialum, quod essentiali inde accipit, abesse cogitur. Jam  
vero Diabolo deest semen. Quod probo: Aut enim illud à se ipso habet, aut  
ab alio. Sed neutro modo. Non enim à se ipso; quia alimento caret, cuius  
pars superflua & optima est semen. Neq; ab alio; Quamprimum enim istud  
extra usus fertur propria, aut viri ubi generatur, aut mulieris ubi generatio-  
ne in operatur, vix generatricem & prolificam, cum res spirituosa sit, statim ex-  
halat, ut unanimi consensu docent Philosophi & Medici. Vid. plar. apud. VVier.

1. 3.

I. 3. c. a. 18. ad 33. Gedelm. I. 2. c. 5. Casman. p. a. 597. ad 606. Tipl. I. 4. metaph. c. 4. probl. 26. sequ. Finck. exerc. Acad. p. 495. Thom. Sagitt. decur. 6. quæst. ill. phil. cent. I. q. 5.

Concludimus nos, quæ à nonnullis in contrarium afferentur de imprægnatione, partu, prole, & illa, uti congressum, Diaboli præstigij adscribenda esse, ut vel Spiritu inflet, & distendat mulieris ventrem, & in partu fucato supponat puerum, ex aere forè condensato factum, quem ad tempus ipse moveat, per quem loquitur, per quem matris ubera tam acriter sugit, ut vix multarum matrum lac sufficiat, vel etiam, ut infantem verè humanum aliunde raptum supponat, & cum hoc permataet, si non ex cohabitatione cum proprijs mariis aut alijs viris fuerit genitus &c. Cedendum enim & meo & Lectoris pudori, ac properandum.

### Quæstio IX.

Utrum Magæ valeant ex juncis, bipennibus, clavis & similibus lac emulgere?

Resp. Diabolum multa posse Dei permisso extra est controversiam. Testatur enim hoc i. naturali ipsius potentia 2. diurna & multiplex rerum à primo inde & vo comparata experientia 3. essentia & qualitatum, quæ possunt, exacta scientia 4. summa celeritas 5. sensuum acrimonia 6. Diabolorum ad invicem familiaritas intima.

Hinc sæpe illum dapes aliaq; aliunde raptæ, poma, pyra, cerasa, fraga tempore hibemo (forè ex Asia, India, Africa vel ubicunq; astas maturior. Vid. globum vel tab. geograph. quas mappas vocant quanquam & hic interdum frus occurrit) etiam lac vaccin subductum quacunq; hora suis attulisse & communicasse confederatis Magis compertum est.

Quod autem Lamiae seu Magæ persuasæ sunt se ejus operâ ex bipennibus, spinis, baculis & similibus siccissimi rebus lac emulgere aut per epistomium expiri posse, in eo, meā quidem opinione, valde errant, cum nihil minus ab ipsis stat, ut ut deliramenta quedam adhibeant, sed occulte & guttatum affundatur à Diabolo, qui vaccis id ipsum ante subduxerat. Confer. Iodoc. Hockerium in lib. germ. cui titulum fecit der Teuffel selbst c. 47. p. 88.

Si rogas, quid hoc casu faciendum illi, qui inde damnum sentit? Resp. 4. magæcrys & deliræ, contemnendum esse opus seu maleficium, & in contemptu rogandum Dominum Satanæ in fide & pietate, ut servum malitiosum compescat. Et tantum quoq; de hac quæstione. Superfunt multæ aliae non minus nobiles, jucundæ & utiles, de miris Diaboli effectis & actioni-

actionibus Magicis stupendis, quas in aliud tempus reijsere es-  
gor. Impræsentiarum ultimâ sequente receptui erit canendum.

Questio X.

Numquid Magarum per aquam frigidam probatio sit licita

1. Resp. Dolenda est nimia illa præcipitancia nonnullorum iudicium in medio  
hoc Christianismo, quâ promiscue quavis haud raro mulierculas absq; prævia  
eag; sufficiente & legitima cause cognitione eorumq; verum, que ad illam spe-  
ctant, exploratione accuratori ad ignem rapiunt: Sed & execranda est illa  
probatio eundem, ab ipsisdem que fieri consuevit, de quâ præsens proponit que-  
stio, ut alias probationes secretas & ridiculas mutamus.
2. Instituitur hec in aliquibus Germanie locis ita: Alligatur pedi sinistro dex-  
tra manus, & sinistra manus dextro pedi, sicq; homo injicitur in aquam frigidam,  
si supernatat, habetur reus, si mergitur, pronunciatur innocens.
3. Quod verò modus iste probandi Magos & Magas sit prorsus illicitus atq;  
execrandus, his probatum damus rationibus: i. Superstitiosa est hæc probatio.  
Hinc per Lotharium Imperatorew (in jure Longob. lib. 2 tit. 54.) sublate  
legitur, bodieq; à Jureconsultis præstantissimi improbatur.
4. II. Fallit. Compertum enim sepius est mulieres innocentissimas hoc modo  
aquis injectas supernataesse. Meminerimus itaq; Diabolum, quibus male vult &  
vitam temporalem invidet (ut omnibus tandem male vult & eternam invi-  
det) sese supponere injectis & submersionem aliquandò prohibere. Est enim  
spiritus mendax & homicida ab initio Joh. 8. & proinde nulla in re majori stu-  
dio occupatus, quam ut suis mendacibus præstigijs vita & saluti hominum insi-  
dierit. Specialem hanc Satanae fraudem Rev. Dn. Præc. Frantzius explicat  
capit. 20. Levie.
5. Scribonium itaq; Ramistam morem hunc in sua Physiologia defensi-  
tatem relegamus ad Garamantas seu, ut pressius dicam ad homines ab omni tum  
humanitate tum pietate alienissimos. Videatur de ipsis ratiunculis delirii & bla-  
phemie Cl. Ias. Mart. cent. 5. disp. 8. q. 10. Consulantur & alij Theolo-  
gi, Jureconsulti, Medici, Philosophi, nobiscum qui faciunt.

Tempus monet, gratijs Deo devote peractis, jam littus  
leggere & terris advertere proram,







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn728272024/phys\\_0022](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728272024/phys_0022)

DFG

27.8.58



[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn728272024/phys\\_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn728272024/phys_0023)



at transformationes in lupos vel similes effectus producent  
lib. divinor II.

Unum nota, scilicet: Quæ divina vi præter naturæ  
gicū lusibus toto generē sunt separanda. Item, Quæ miraculo fi-  
tura modum non sunt judicandā. Confer lac. Mart. ex. meta-

Tandem statuimus cum Bierm. th. 41. de λυγε-  
ribus μεταμορφώσει tam multū celebratis, dominari in  
sevitium Diaboli, qui impios quidem omnes ad dissolutam  
quorum animos per vim tenet (in primis quos beneficio, poti-  
rationis mutua sibi familiariter devinxit) eos ad facinora  
sed & beluino appetitu terroria impellit. Talem immutati-  
Sarmatice provincijs (de quibus magna λυγεθεωπνίων  
vare licet, non figuram aut formam sed appetitum humanum  
fer hoc Arist. 7. Eth. c. 1. & 6. Item sententiam quorū  
qui λυγεθεωπνίων habent loco alicuius affectionis, eamq;  
depravatae phantasie seu imaginationis, cuius rei exempla  
Lemnius in lib. de humoribus.

Reliqua, que de magicis rerum conversionibus circumfe-  
quam visa esse, aut si qua visa sunt, non rem videndam sed o-  
scino fuisse oblatum; aut si inviolatus persistenter oculus, rem  
fuisse subductam, illamq; illam in locum substitutam plane af-  
fertur.

Nam (ut hoc breviter saltem ex Vairo lib. de fasci-  
Dæmon mille artifex, divinâ potissimum si gaudeat permis-  
neri egregie imponere, vel 1. sensuum vires obnubilando, n-  
suum objectum est, pertingant, vel 2. objectum ipsum occi-  
aliud ostendendo, vel 3. oculorum humores corrumpendo,  
piant, quam est, vel 4. aerem intermedium condensando, if-  
gestit exhibere, assimilando, Exempla ubiq; sunt obvia.  
August. de civ. Dei l. 18. c. 18. Luth. in expos. Decal.  
l. 3. c. 10. l. 4. c. 22. seq. Godelm. l. 2. c. 3. p. 24. Horst.  
quæst. 9. Casman part. 2. angel. p. 531. Egregium aute-  
plum vide apud Georg. Sabinum. l. 7. metam Ovid.

### Quæstio VIII.

An Dæmones verè cum Magis congregantur  
num veram queant procreare siboles

Et hōs persuasum est multis. Patentur enim Maga

B 3



027

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 16-1